

Universitätsbibliothek Wuppertal

Titi Livi Ab urbe condita libri

Buch I

Livius, Titus

Berlin, 1908

Perioche

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-2308](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-2308)

T. LIVI

AB VRBE CONDITA LIBRI I PERIOCHA.

[I^a. Adventus Aeneae in Italiam et res gestae. Ascani regnum Albae et Silvi et deinceps Silviorum. Numitoris filia a Marte compressa nati Romulus et Remus. Amulius obstruncatus. urbs a Romulo condita. senatus lectus. cum Sabinis bellatum. spolia opima Feretrio Iovi lata. in curias populus divisus. Fidenates, Veientes 5 victi. Romulus consecratus. Numa Pompilius ritus sacrorum tradidit. porta Iani clausa. Tullus Hostilius Albanos diripuit. triginorum pugna. Metti Fufeti supplicium. Tullus fulmine consumptus. Ancus Marcius Latinos devicit, Ostiam condidit. Tarquinius Priscus Latinos superavit, circum fecit, finitimos devicit, muros et cloacas fecit. Servio Tullio caput arsit. Servius Tullius Veientes devicit et populum in classes divisit, aedem Dianae dedicavit. Tarquinius Superbus occiso Tullio regnum invasit. Tulliae scelus in patrem. Turnus Herdonius per Tarquinium occisus. bellum cum Volscis. fraude Sex. Tarquini Gabii direpti. Capitolium inchoatum. 15 Termini et Iuventae arae moveri non potuerunt. Lucretia se occidit. Superbi expulsio. regnatum et annis cclv.]

I^b. Dieser längere Auszug findet sich in der ältesten Handschrift der Periochae; in ihm steht der von dem Verf. der Periochae höchst wahrscheinlich nicht herrührende Abschnitt *hic temptandae* .. *protinus factum vor regnavit annis xxiiii.*

Latinis victis montem Aventinum adsignavit, fines protulit, Ostiam coloniam deduxit, caerimonias a Numa institutas renovavit. regnavit annis xxiiii. eo regnante Lucumo, Demarati Corinthii filius, a Tarquiniis, Etrusca civitate, Romam venit et in amicitiam Anci 5 receptus Tarquini Prisci nomen ferre coepit et post mortem Anci regnum excepit. centum in patres allegit, Latinos subegit, ludos in circo edidit, equitum centurias ampliavit, urbem muro circumdedit, cloacas fecit. occisus est ab Anci filiis, cum regnasset annis xxxviii. [hic temptandae scientiae Atti Navi auguris causa fertur consuluisse eum, an id, de quo cogitaret, effici posset; quod cum ille fieri posse 10 dixisset, inussisse eum novacula cotem praecidere, idque ab Atto protinus factum.]

Successit ei Servius Tullius, natus ex captiva nobili Corniculana, cui puero adhuc in cunis posito caput arsisse traditum erat. is census primum egit, lustrum condidit, quo censa lxxx milia esse dicuntur, pomerium protulit, colles urbi adiecit Quirinalem, Viminalem,

Esquilinum, templum Dianae cum Latinis in Aventino fecit. interfectus est a L. Tarquinio, Prisci filio, consilio filiae suae Tulliae, cum regnasset annis XLIII.

- 20 Post hunc L. Tarquinius Superbus neque patrum neque populi iussu regnum invasit. is armatos circa se in custodiam sui habuit. bellum cum Volscis gessit et ex spoliis eorum templum in Capitolio Iovi fecit. Gabios dolo in potestatem suam redegit. huius filius
- 25 Delphos profectis et consulentibus, quis eorum Romae regnaturus esset, dictum est eum regnaturum, qui primum matrem osculatus esset. quod responsum cum ipsi aliter interpretarentur, Iunius Brutus, qui cum his profectus erat, prolapsus se simulavit et terram osculatus est; idque factum eius eventus conprobavit. nam cum in-
- 30 potentem se gerendo Tarquinius Superbus omnes in odium sui adduxisset, ad ultimum propter expugnatam nocturna vi a Sexto filio eius Lucretiae pudicitiam, quae ad se vocato patre Tricipitino et viro Collatino obstestata, ne inulta mors eius esset, cultro se interfecit, Bruti opera maxime expulsus est, cum regnasset annos xxv.
- 35 tum consules primi creati sunt L. Iunius Brutus L. Tarquinius Collatinus.

Abweichungen vom Text der Jahnschen Ausgabe
(Lipsiae MDCCCLIII).

I^a 15. *Volscis*] *uulscis* die Hss.

I^b 2. *Ostiam*] *Hostiam* die Hss. — 3. *eo regnante*] NP; fehlt bei Jahn. — 4. *Tarquinius*] *tarquinis*] die Hss. — 9. Die Worte *hic temptandae . . . protinus factum* stehen bei Jahn vor *regnavit* (Z. 3). — 23. *Volscis uulscis*] die Hss. — 24. *potestatem suam*] *potestate sua* die Hss. — 28. *his*] NP; *iis*. — 35. *primi*] NP; fehlt bei Jahn.